

КОНТРОЛЬНА РОБОТА № 2

(виконується так само, як контрольна робота № 1)

ЗАВДАННЯ

1. Провідмініайте дієслова у всіх часах системи перфекта дійсного способу а) активного, б) пасивного стану. Перекладіть на українську мову форму 3-ї особи однини.
2. Перекладіть та провідмініайте словосполучення.
3. Утворіть та перекладіть на українську мову ступені порівняння та прислівники від прикметників. Зразок: *altus, a um* – високий. Ступені порівняння: *altior* – вищий, *altius* – вище, *altissimus, a, um* – найвищий. Прислівник: *alte* – високо.
4. Утворіть та перекладіть форми герундія та герундива. Зразок: *accusare* – звинувачувати. Герундій: *accusandi* – звинувачення, герундив: *accusandus, a, um* – той, кого слід звинуватити.
5. Утворіть та перекладіть форму дієприкметника теперішнього часу активного стану. Зразок: *accusare* – звинувачувати, *accusans* – той, що звинувачує, *gen. accusantis*.
6. Перекладіть текст.

ВАРІАНТ I

1. а) *appellāre*, б) *colēre*.
2. *Miles fortis, dies brevis*.
3. *Amarus, a, um; dulcis, e*.
4. *Narrāre, vivēre*.
5. *Laborāre, credēre*.
6. Текст “*Res mancipi et nec mancipi*”.

“Res mancipi et nec mancipi”

Omnes res aut mancipi sunt aut nec mancipi. Mancipi res sunt omnia praedia in Italico solo, tam rustica – qualis est fundus, quam urbana – qualis est domus, item iura praediorum rusticorum (servitutes), velut via, iter, actus, aquaeductus, item servi et quadrupedes, velut boves, muli, equi, asini. Ceterae res nec mancipi sunt. (Ulp.)

Magna autem differentia est rerum mancipi et nec mancipi. Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno iure alterius fiunt, si corporales sunt et ob id

recipiunt traditionem. Itaque si tibi vestem vel aurum vel argentum trado sive ex venditionis causa sive ex donationis sive alia ex causa, statim tua fit ea res. (G.)

BAPIAHT II

1. a) aestimāre, б) delēre.
2. Crimen crudele, contractus novus.
3. Brevis, *e*; honestus, *a um*.
4. Legēre, cogitāre.
5. Ornāre, docēre.
6. Текст “Interpretatio stricta”.

“Interpretatio stricta”

In testamento, a Lucio Titio facto, ita scriptum erat: Maevius, filius meus primogenitus, heres esto. Lanam, quae die meae in aedibus meis inventa erit, heres meus Seiae, sorori suae, dare damnas (= obligatus) esto.

Quaestio ita proposita est: an vestis, ex lana facta, legato continetur. Item Sempronio legata est materia, ex materia autem navis aedificata erat ante mortem testatoris. An navem Sempronio dare obligatus est?

Quoniam ex contextu haud ambigua testatoris voluntas non apparet, locus est strictae interpretationi ex exacta verborum significatio spectatur. Quid ergo est?

Testamento videntur comprehensae lana et materia, non autem res artificio et opera confectae; navis igitur et vestis in bonis heredis permanebunt. (Dig)

BAPIAHT III

1. a) custodire, б) cognoscere.
2. Praetor urbanus, res publica felix.
3. Dives, *itis*; longus, *a um*.
4. Delere, mutare.
5. Clamare, defendere.
6. Текст “Res corporales et incorporales”.

“Res corporales et incorporales”

Quaedam res corporales sunt, quaedam incorporales. Corporales hae sunt, quae tangi possunt, velut fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles. Incorporales sunt, quae tangi non possunt,

qualia sunt ea, quae in iure consistunt, velut ius hereditatis, usufructus, obligationis.

Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam ei fructus, qui ex fundo percipiuntur corporales sunt, et id quod ex aliqua obligationis nobis debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia.

Nam ipsum ius successions et ipsum ius utendi-fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem (в томъ ж) numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur.

БАПІАHT IV

1. a) educāre, б) gerēre.
2. Homo honestus, res utiles.
3. Parvus, *a um*; fortis, *e*.
4. Navigāre, dividēre.
5. Defendēre, venīre.
6. Текст “De magistratibus Romanorum”.

“De magistratibus Romanorum”

Principatus magistratuum Romae in manibus consulum erat. Consules erant magistratus annui; consulibus erant imperium et potestas; praeterea consul erat iudex et pontifex maximus. Item ordinarii magistratus alii erant.

Primum praetor unus erat, qui urbanus appellabatur. Praetor iurisdictionem habet et dat iudicem.

Deinde praetor peregrinus erat, qui item ius dicebat ex iure peregrinorum (aut gentium). Aediles (duo plebei, duo curules) curam urbem, annonae et ludorum habebant. Quaestores aerarium curabant. Censores censum agebant, etiam mores civium regebant atque senatum legebant.

Extraordinarii magistratus Romae erant dictator, magister equitum, decemviri, tribuni militum (aut plebis) consulari potestate.

БАПІАHTV

1. Occidēre, obligāre.
2. Libertas dulcis, rex prudens.
3. Clarus, *a, um*; severus, *a, um*.
4. Expugnāre, docēre.
5. Necāre, respondēre.
6. Текст.

1. Stultissima hominis incauti excusatio est: “Non putaveram”.
 2. Postquam Philippus occisus erat, Alexander ab exercitibus rex appellatus est.
 3. Manlius Torquatus filium suum necavit, quia contra imperium cum inimicis pugnaverat.
 4. Non credam, dum audivero.
 5. Arbitri reos aut condemnant aut absolvunt.
 6. Nihil sine ratione faciendum est.
 7. Ius edicendi habent magistratus populi Romani.
 8. Breve tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum.
 9. Deliberandum est diu, statuendum est semel.
 10. Errando discimus.
 11. Omnibus nobis obtemperandum est legibus patirae nostrae.
 12. Fugienda semper iniuria est.

БАПІАHT VI

1. Regnāre, manēre.
2. Testator dives, urbs pulchra.
3. Iustus, *a, um*; doctus, *a, um*.
4. Munīre, iubēre.
5. Spondēre, tangēre.
6. Текст.

1. Nihil semper suo statu manet.
 2. Leges a magistratibus custodiuntur.
 3. Sola cogitatio furti faciendi non facit furem.
 4. Consilia prudentium virorum audienda sunt.
 5. Nulla possessio, nulla vis auri et argenti plus, quam virtus aestimanda est.
 6. Homo verum non dicens, saepe multa mala sibi parat.
 7. Ad impossibilia nemo obligatur.
 8. Nulla lex satis commoda omnium est.
 9. Arma in armatos capere iura sinunt.
 10. Libertas, leges et pax sunt optima bona.
 11. Impunitas semper ad deteriora invitat.
 12. Decem tribuni plebis, consules duo, decem et octo praetores, sex aediles in civitate ius reddebant.
 13. Ab uno crimine disce omnes.
 14. Bellum atrox erat causa perniciei civitatis.

БАПІАHT VII

1. Vocāre, munīre.
2. Gens nobilis, exercitus ingens.
3. Atrox, *ocis*; malus, *a, um*.
4. Laudāre, edicēre.
5. Laedēre, errāre.
6. Текст “Summarium historiae iuris Romani” (pars I).

“Summarium historiae iuris Romani” (pars I)

Iura populi Romani sunt notissima omnium artium praeclarorum antiquitatis. Ius Romanum origo ex lege duodecim tabularum capit. Leges duodecim tabularum saeculo quinto ante nostram aeram a decemviris editae sunt. Decemviri bene mores maiorum atque leges Solonis sciverunt. Nota est regula “mos legem regit.” Verbum “ius” de “iustitia” oritur. Iustitia velut aequitas est. Celsus docet “ius est ars boni et aequi”. Iura populi Romani divisa sunt in ius publicum et ius privatum. Ius naturale est commune omnium hominum et animalium, ius gentium commune omnium iure gentium fit. Cives, Latini et pergrini liberi sunt. Libertini, qui ex servitute manumissi sunt. Ius civile ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, responsis iurisprudentium oritur. Praecepta iuris sunt: honeste vivere, neminem laedere suum cuique (кожному) tribuere. Pater historiae iuris Romani est Gaius, clarissimus iurisprudens.

БАПІАHT VIII

1. Tradēre, superāre.
2. Labor communis, vestis varius.
3. Exactus, *a, um*; gravis, *e*.
4. Punīre, absolvēre.
5. Mandāre, emēre.
6. “Summarium historiae iuris Romani” (pars II).

“Summarium historiae iuris Romani” (pars II)

Pater historiae iuris Romani est Gaius, clarissimus iurisprudens. In “Institutionibus” Gaii legimus de fontibus iuris Romani, sententiis veterum de personis, de rebus et de actionibus. Italia est patria iurisprudentiae. Iurisprudentia Romae temporibus imperatoribus florebat. Qui consuluntur dictores aut iurisprudentes nominabantur. Praxis iudicum interpret legum erat. Iurisprudencia ex usu, responsis prudentium et iuribus respondendi constabat. Cognoscemus nomina et opera multorum auctorum (Gaius, Celsus, Iulianus, Paulus, Ulpianus etc.). Ulpianus libro quadragesimo quinto de testamentis scribit. Romae duae scholae (Sabiniani et Proculiani) notae sunt. Summa summarum historiae iuris Romani est “Corpus iuris civilis” (CIC). Ius Romanum Europa percipitur. Invia est in ius Romanum via sine lingua Latina.

BAPIAHT IX

1. Amāre, punīre.
2. Consuetudo stulta, mos pulcher.
3. Periculosus, *a, um*; firmus, *a, um*.
4. Nomināre, permittēre.
5. Laborāre, servīre.
6. Текст “De civitate Romanorum”.

“De civitate Romanorum”

Romani initio reges habuerunt, ad arbitrium suum civitatem regebant. In rebus gravioribus reges convocabant consilium, quod ex viris clarissimis et videlicet potentissimus constabat. Nomen ei consilio senatus fuit. Sed ob nimiam ultimi regis superbiam Romani eum ex urbe expulerunt. In eius locum populus duos consules creavit et eis totum id imperium, quod antea reges habuerant, mandavit. Ex eo tempore populus quotannis consules creabat. In manibus eorum summa potestas in pace et summum imperium in bello erat.

Ut antea reges, sic tum consules senatum convocabant, cuius curae populus res sacras, pecuniam publicam, belli pacisque consilia mandaverat.

Ipse autem populus magistratus creabat, in gravissimis causis ius dicebat, leges iubebat; ad eas res comitiis in campum Martium conveniebat.

Talem formam res publica Romanorum per quinque fere saecula servavit. Paulo ante aeram nostram principatum obtinuit Augustus, qui fuit primus imperator Romanorum.

BAPIAHT X

1. Tenēre, tradēre.
2. Mors gravis, manus brevis.
3. Prudens, *entis*; notus, *a, um*.
4. Iudicāre, defendēre.
5. Legāre, florēre.
6. Текст “De fontibus iuris Romani”.

“De fontibus iuris Romani”

Ius populi Romani constat ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus principum, edictis eorum, qui ius edicendi habent, responsis prudentium. Lex est, quod populus iubet atque constituit. Plebiscitum est, quod plebs iubet atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significatur, plebs autem appellatione ceteri cives sine patriciis significantur. Sed postea lex Hortensia lata est, qua plebiscita universum populum tenebant; itaque eo modo legibus exaequata sunt. Senatus

consultum est, quod senatus iubet atque cinstituit: idque legis vicem obtinet. Constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistula constituit. Edicta sunt praecepta eorum, qui ius edicendi habent; ius autem edicendi habent magistratus populi Romani. Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus (котрим) permissum est iura condere.